Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Passionale sanctorum - Cod. Aug. perg. 32

[S.l.], [9. Jahrh.]

Passio beatissimorum martyrum Hermachore episcopi et Fortunati archidiaconi eius

urn:nbn:de:bsz:31-65346

Visual Library

PASSIO BEATISSIMORUM MARTYRUM HERMACHORE EPI ET FORTUNATI ARCHIDIACONI EI

POST RESURRECTIONEM DNI NRI ihu xpi omnes apostoli miserunt sortes quisquis in suam prouintiam proficiscere& ad predicandum uerbum dñi; Apud uero urbem romam profectus est beatus petrus princeps apostolorum una cum beato paulo apostolo adducentes secum beatum marcum qui & ipse beati p&ri primus fuit discipulus. & morabatur cum eis in urbe roma; Tunc dicit ad eum p&rus; Quid hic nobiscum moraris? Ecce eruditus es de omnibus quae fecit ihs nazarenus. Surge & perge ad urbem quae uocatur aquilegia austriae prouintiae ad predicandum uerbum dñi; Tunc accipiens beatus marcus primam sortem & baculum pontificatus arripuit iter & ueniens peruenit ad predictam urbem que dr aquilegia; Ueniens autē sub predictam ciuitatem. inuenit ibi iuuenē nomine ataulfum filium ulfii inlustri & primi ciuitatis. qui magna lepra detinebatur; Tunc interrogauit beatum marcum. de qua prouintia iter facer&. & ipse ei omnia enarrauit eo quod xpianus ess& & medicus ad omnes egritudines seu infirmitates curandas; Tunc iuuenis audiens huiuscemodi sermones ad pedes eius prouolutus rogabat eum ut infirmitatem ei curar&; Tunc beatus marcus adprehensa manu ei & brachio mox ab eo lepra mundata ē. dem manu & brachio ei; Tunc iuuenis uidens haec mirabilia. citius cucurrit ad patrem suum ulfium. & omnia ei indicauit. quid illi beatus marcus fecisset; Celerius cum magna turba ueniens ulfius. Inueniens beatum marcum ad portam occidentalem residentem. rogare eum coepit & dicere; fac filium meum sanum. & omnia quecumque postulaueris faciam tibi. Tunc dicit ad eum beatus marcus; Quia si credideris in dñm ihm xpm ex toto corde tuo. uideb filium tuum sanum; Ulfius exclamauit dicens. Credo dñm ihm xpm; Tunc beatus marcus accepta aqua. babtizauit iuuenē in nomine patris & filii & sps sci. & omnis lepra ei mundata ē; Uidens autē ulfius mirabilia. babtizatus ē ipse. & omnis familia domus ei. & multitudo populi babtizati sunt in illo die; Cumq. beatus marcus praedicar& per annos aliquot. emicuit in cor eius desiderium uultum sci p&ri uidere. uellens occulte dimittere populum. & ire ad urbem romam; Tunc di nutu audientes populi. concurrentes diluculo. uociferabant clamore magno dicentes; Quid mali egimus? Quid peccauimus. quia tu nos derelinquere uelis? Da nobis pastorem; Tunc beatus marcus edidit populo ut eligerent sibi quem uoluissent. uirum xpianissimum; Turba autē populi elegerunt sibi. elegantem personam. nomine hermachoram. Tunc iter faciens cum beato marco ad urbem romam. a beato petro accipiens baculum pontificatus. & uelamen sacramenti suscipiens. factus est proto eps prouintiae italie. & regressus ad urbem ciuitatis aquilegie ecclesiae sue moderationem composuit. seniores & leuitas ordinauit; Et post hec ad ciuitatem tergestinam presbiterum & diaconum direxit. & per alias ciuitates similiter faciebat; Haec agebatur in urbe ciuitatis aquilegiae. que est ex ciuitatib. italiae prima; Si quis unanimitatem scorum martyru contempletur. Non solum eos pro suis passionib;

contemplatur · uerum &iam de fidei firmitate
atq· de inmobili & inconcussa eorum carita
te · quam semper inuicem seruauerunt ·
Se aedificat · se etiam poterit commendare ;
Ita quoque propter dn̄m conuenienter cus
todire dilectionis fidem · ut in nullo se peni
tus ledere arbitretur ; Crescebat cottidie
fides xpianorum · crescebat in uerbo dn̄i ·
crescebat &iam & in castitate ab adolescentia
ipsorum · usq· ad uenerandam etatem ; Non
aliud exercentes · nisi orationibus & ieiuniis
uacantes · semper que erant di̅ meditabant ;
Sed dn̄s qui eos in una caritate coniunctos ·
sempq· gubernatos · quos custodiuit · ipse
&iam & a passionis gloria non separauit ;
Qui beatissimus hermachoras · coepit ip
se predicare uerbum dn̄i nr̄i ihu̅ xpi · ple
nus spu̅ sco̅ · & per orationem demonia ab ob
sessis corporibus eicere · infirmos sanare ·
& caecis facto xpi signaculo super oculos eoru̅
uisum reddebat ; Concurrebant enim ad sc̄m
hermachoram epm̄ · omis italiae prouintiae po
puli · uidentes eius mirabilia · quia & per eu̅
sca multiplicabitur fides · Paganorum aut̄
insania confundebatur ; Eodem uo̅ tempore ·
imperante nerone in urbe roma · & prefec
tura agente agrippa · qui fuit filius fratris
ipsius herodis ; Tunc in aquilegensem ciuita
tem direxit presidem sebastum nomine · ut
in eadem ciuitate ut diximus administrar&;
Qui cum ingressus fuisset ciuitatem · uniuersi
populi occurrentes & uociferantes clamaban̄
sicut e̅ solitum quasi iudicabus ; Alia aut̄ die
sedente eo pro tribunali · postquam inmundas
hostias obtulissent demonibus · sacerdotes
idolorum · ei suggesserunt de beatissimo her
machora dicentes ; Subueni domine preses
qm̄ templa deorum per uirum quendam
qui per suam magicam artem & uerborum se
ductionem · omnem populum a diis inmortali
bus separauit ; Predicando illum qui a iudeo

rum populo · in iudaea e̅ interfectus ; Quem si tu
dimiseris · omis separat a sacrificio deorum ; Et si
hoc notum factum fuerit principi · incipies tu
in magna culpa apud eum inueniri ; Haec
autem audiens seuastus praeses · fremuit ni
mis sicut leo · & precepit · ut plurima turba
militum urbem ingrederetur · & eum cum
magna admiratione · ad suum presentari audi
torum ; Hoc audito · sc̄s hermachoras ep̄s · Dix
omni clero · Uiri fr̄s · ingemiscamus ad dn̄m ·
qm̄ ecce adpropinquauerunt persequentes nos ;
Oremus itaq· ut diabolus qui sicut leo circuit
querens quem deuor&· elisus ac prostratus iace
at sub nr̄is pedibus ; Cumq· uniuersi orarent
ad dn̄m beatissimus her̄machoras hanc fudit ora
tionem ad dn̄m dicens · Dn̄e ds̄ omps̄ · unigeniti
ihu̅ xpi filii tui pater misericors · qui non memo
ras iniquitatem populi tui · qui uis poenitentia̅
peccatoris · ut conuertatur in uia sua iusta ·
& uiuat in tua uoluntate ; Xpe ihu · qui xii ·
apostolos coronasti · & misisti eos in saeculum istud ·
predicare te prouisorem & saluatorem animaru̅
nr̄arum ; Te deprecor patrem ompm̄ · & filium
tuum ihm̄ xpm̄ · qui potens es ad saluandas ani
mas seruorum tuorum · in te confidentiu̅ opitu
lari · & libera nos a persequentibus nos · Ut non di
cant ubi e̅ ds̄ eorum ; Sed da dn̄e ihu xpe ma̅n
seruis tuis · ut confundantur inimici nr̄i · & cog
noscant quia tu es qui confringes ceruices pecca
torum ; Cumq· orass& ad dn̄m · impetum facien
tes milites · conprehenderunt sc̄m hermachoram
epm̄ · & ferro uinctum perduxerunt ad seuastum
presidem · Qui cum fuiss& perductus · Dix ad eum
praeses ; Quae est tua audatia · ut iniurius de
orum & dearum · nescio per quam artem & seduc
tionem uerborum · omnem populum a diis in
mortalibus separat ; Praedicans illis qui a pila
to e̅ crucifixus · Propter quem & petrus simile̅
accepit poenam · in urbe roma ; Aut nescis
quia tale accepi preceptum · ut si inuenero
uiros ac mulieres in hac pseuerare uanitate ·

Diuersis eos generibus tormentorum affligā
Quod si & tu in hac perseueraueris insania. sine
correctione omnium quos adte aggregasti. sta
tim per te discant hi. ut noceant in nomine dei
uenerari. sicut & omnes faciunt primae. Bea
tissimus hermachoras eps. eleuans oculos su
os in caelum. facto signaculo xpi in fronte su
a constanter respondit; Ego ex iussione
dni mei ihu xpi. ordinatus sum episcopus.
Non quiesco predicare. que mihi praeceptas
a dno meo ihu xpo. Ut omnes a diabulo de
tentos per uerbum dni ad di reuocem agni
tionem. qui ds magnus est qui e in caelis;
Qui iub& caelo dare pluuiam. qui solem suum
oriri facit super iustos & iniustos. Ipsum ego
praedico. omnibus diebus uitae meae; Ese
uastus praeses dix; Ut uideo. certum ē qd
deorum sacerdotes dixerunt. quia per ista
stulta uerba. populum seducis; Ego enim n
puto. quia tu haec loquaris mente; Scs her
machoras eps dixit; Hoc certum ē quod dix
isti. quia ego non mea loquor mente. sed ip
se sps scs per me loquitur; Sic enim sca con
tin& scriptura; Cum ante iudicem steteri
tis. nolite cogitare quomodo aut quid loqua
mini. dabitur enim uobis in illa hora quid
loquamini. quia sps scs loquitur per os in
xpo credentium; Seuastus praeses dixit;
Ego non uerbis tecum contendere quero.
sed ad tuam festino salutem. ut accedas & sa
crifices dis inmortalibus; Quod si nolueris
nunc sacrificare. dum tecum pacifice loquor.
Postea uo cum confusione. incipies dis tura
offerre; Multo enim melius ē. tua bona
hoc facere uoluntate; Scs hermachoras
eps dixit; De dni mei ihu xpi misericordia
fidus. si qua uolueris poenarum genera ex
ercere. exerce; Corpus quidem meum po
teris tormentis adfligere; Anima autem
mea a xpo excepta. ab eius angelis in para
diso conlocatur; Nam dis tuis qui sine

anima sunt. sine auditu & sine uisu. sine
gressu [illegible] numquam deseruio ego;
Haec audiens seuastus praeses. iussit eum
extendi & neruis crudis caedi; Cumq; ce
deretur beatus hermachoras eps. aspiciens
in caelum. dixit; Gratias tibi ago dilectis
sime pater dni mei ihu xpi. qui licet sim
indignus. iubes me ad scam tuam claritatem
peruenire & pietatem; Tunc praeses ius
sit clamare ad eum; Accede. sacrifica
dis. Nam incipies peioribus poenis tor
queri; Scs eps respondit; Erubesce cu
patre tuo diabolo. qui ab initio confusus
a seruis di est superatus; Iam semel & sae
pius tibi dixi. quia demonibus uris nu
quam sacrifico; Audiens hec seuastus
praeses. palluit ex nimio furore. & dixit
ad eum; Per deos magnos quia sic te inte
ficiam. ut nec sepulturae corpus tuum
tradatur; Tunc scs hermachoras subridens
ait; Uerum est. quod in sca scriptum est
in lege. quia in maliuola anima non in
troibit intellectus; Audiens hec praeses.
iussit eum in eculeo suspendi. & pectus ei
ungulis radi; Postea praecepit lamminas
ferreas candentes. ei lateribus applica
ri; Et cum hec fierent. scs di martyr
pendens in ligno. ymnum dno canebat
dicens; Ds in adiutorium meum inten
de. dne ad adiuuandum me festina;
& confundantur omnes qui ostendunt ser
uis tuis mala. & conterantur ab omni
potentia sua. & uirtus eorum conteratur;
Uidentes autem populi eius magnam
constantiam. exclamauerunt dicentes;
Magnus est ds xpianorum. sine ulla
causa tormentatur uir di. non quiescit
die ac nocte confortare populum. suis scis
monitis. nihil inique gessit. pro qua hec pa
titur causa; Tunc confusi sacerdotes dix
Dixerunt praesidi; Uolumus manifeste

i. pectus in ppria... & lac padas... donec ei

sinit & ut des quod ante diximus qm̄ per ma-
gicam artem omnem seducit populum adi
nimoniis talibus; Tunc iratus praeses iussit
eum de eculeo submitti & in carcerem recludi
propter populi seditionem. Cumq; recluderetur
in carcerem orationem ad dn̄m effunde
bat dicens; Ds excelse & bene adorande qui
filium tuum dn̄m nrm̄ ihm̄ xpm̄ servili for
ma indutum ad terram de caelo sc̄o tuo venire
iussisti ut nos de servitutis iugo iubeat libe
rare; Respice hunc agonem & permitte
mihi perseverare usq; in finem pro tuo nomi
ne consummari qm̄ in te confidens non time
bo mala quae tu mecum es qui regnas in sae
cula seculorum amen; Et cum orass& hanc
orationem subito lumen nimium refulsit
in carcere & odor suavis repleuit carcerem;
Quo viso custos carceris nomine pontianus
aperta interioris carceris ianua ipso quoq;
orante processit ad pedes eius & provolutus
deprecabatur eum dicens; Deprecor te per
nomen di tui quantam tibi claritatem conces
sit in tenebris ut miserearis mihi misero & ad
di tui agnitionem me perducas ut per te libe
rer & dr̄ tuus animam meam perditam; Et dixit
ad eum sc̄s hermachoras epc̄; Si credis ex to
to corde tuo & ex tota anima tua omnia pos
sibilia sunt quae postulas; Pontianus uo excla
mavit voce magna cum lacrimis dicens; Cre
do ex tota voluntate per ipsum qui tibi tam
mirabile direxit auxilium; Tunc iussit eu
sc̄s hermachoras triduo ieiunium dō redde
re; Mediae noctis tempore praecepit
sc̄s hermachoras venire prb̄m cum diacone
suo qui & baptizavit eū In nomine patris
& filii & sps̄ sc̄i; Postquam uo baptizatus ē
pontianus inridit in eum sps̄ sc̄s & coepit
praeconia voce clamare per omnes plateas & vi
cos civitatis dicens; Magnus ē ds̄ quem
sc̄s praedicat hermachoras; Venite univer
si cives & cognoscite qualis ē ds̄ xpianorū;

Nam lapides coluntur qui obdurant corda
corda humana lumen hominum tollunt nam
lumen praestare non possunt sicut xps̄ sc̄o suo
praestitit hermachorae; Ad hanc vocem cucur
rit ad carcerem universus populus & multi cla
rissimi viri videntes in carcere tale lumen dnō dō
egerunt gratias; Cottidie autem confundeba
tur paganorum insania & sc̄a fides consequeba
tur victoriam; Tunc audientes haec sacerdotes
paganorum cum magna insania clamaverunt
dicentes sevasto presidi; Quo adusq; paras huic
mago omnem subvertit populum; Ecce hic pe
iorem facit subversionem quam petrus in ur
be roma; Qualiter petrum nosti punitum Tolle
& interfice magum; Nam contra te incipiemus
relationem imperii dirigere; Haec audiens prae
ses dixit; Triduo mihi indutias date donec recogi
tem qualibus eum adfligam poenis; Hoc aū dicebat
timens populorum multitudinem qui per eum in
xpo crediderunt quia frequenter magnificiviri
ad eum concurrebant in carcerem quos conforta
bat sc̄is suis monitis; Aliquanti uo tale videntes
immensum lumen non recedebant ab eo sed in
carcere commorabantur; Nam & omnis clerus
ei ex quo pontianus effectus est xpianus ingredi
ebatur ad eum quia & ipse pontianus custis carce
ris praeparaverat se ut p̄ xpi nomine passionem
cum eodem susciper&; Quidam vir magnificus
ipsius civitatis gregorius nomine cuius filius a de
monio vexabatur; Cum vidiss& sc̄m hermachora
in nulla parte corporis lesum & qui tales coram
omni sustinuerat populo poenas mittens se ad pe
des eius & provolutus deprecabatur eum dicens;
Miserere mihi subveni pater per ipsum te peto
quem praedicas quia confido quod per tuas oratio
nes possit xps̄ filium meum a daemonis salvare
Dicit ei sc̄s hermachoras; Si credis in xpm̄ vide
bis filium tuum salvum; Gregorius respondit
Credo xpm̄ filium di p̄ quo tales istas susti
nes quia poteris filium meum salvare; Dicit
ei sc̄s hermachoras; Non ego sed dn̄s nr̄ xps̄;

Ipſe faciet ſecundum ſuam deitatem ;
Nam et ego peccator ſum · ſicut et tu ipſe · et iuſ
ſit infantem adduci · Erat enim annorum xii ;
Et interrogauit eum beatus hermachoras dicens ·
Quantum tempus eſt · ex quo hec cauſa ei euenit ·
Gregorius reſpondit ; Hodie per triennium ·
Non eſt dies · neque nox · in quo ei potuerit modicum
quieſcere ; Multoties eum in templa deorum
attuli · et hoſtias pro eo immolaui · et nihil ei profuit ·
Sed credo in xpm quem tu predicas · quia potens eſt
eum liberare ; Audiens haec ſcs di ſubridens
ait ; Modo tibi xps oſtendit quanta preſtat
credentibus in eum ; Tunc ſcs hermachoras fle
xis genibus · percutiens pectus ſuum · exclama
uit ad dnm · coram omnibus dicens ; Dne ds
omps pater qui in celis es · qui ante conſtitutio
nem mundi tu es · qui ſaeculum in tenebris po
ſitum · uerbo ſco tuo dixiſti fiat lux et facta eſt ;
Qui celum cameraſti · et terram compoſuiſti · Qui
celum item ſtellis adornaſti · qui mare infrenaſ
ti · et terminum ei poſuiſti quem non tranſgre
deretur · qui omnia elementa · propter nos pec
catores conſtituiſti · Qui filium tuum errantipo
pulo tranſmiſiſti · et nos ad libertatem hanc
gloriae credentes in eum conſtituiſti ; Te dep
cor patrem omnipotentem et filium et ſpm
ſcm qui regnas in unitate · fac mirabilia dne
ihu xpe · propter nomen ſcm tuum preſtare
in te credentibus · ut liberes huius innocentis ·
animam ab inmundo ſpu · quia ad tuam ditatem
refugium fecerunt · ad confirmanda corda ·
qui in te crediderunt · et qui credituri ſunt ; Ut
cognoſcant quia tu es ds altiſſimus · qui regnas
per cuncta et infinita ſecula ſaeculorum amen ;
Et cum compleſſet orationem · increpauit dae
mo[illegible]nē dicens ; Tibi dico inmunde ſps · pre
cepit tibi dns ihs xps · ut recedas ab hac innocen
tis anima · quia dei confugit fidem ; Haec au
diens demon · omnibus uidentib · qui ibidem
erant in carcere · exiit ab eo ; Uidens autem gre
gorius haec mirabilia · procidit ad pedes ſci epi

et martyris · Deprecans eum · ut babtiſmum
promereretur ; Media autem nocte · occulte
abiit ſcs hermachoras cum clero ad domum
gregorii · et babtizauit eum cum coniuge ſua
et duobus filiis ſuis · omniq · familia domus ei
In nomine patris et filii et ſps ſci ; Poſtea uero du
reuerteret in cuſtodiam · uniuerſi prbi uel
diacones · omſq · clerici · ſeu ordines eccleſiae ·
poſtulabant eum cum lacrimis dicentes ; Tu
paſtor nr · ſi a nobis fueris ablatus · quem fa
ciemus uniuerſo gregi tuo paſtorem · aut quem
doctorem uitę inueniemus aeternę · ſicut te
ipſum ; Numquid poſſumus · ut ubi paſtor
non eſt · paſcua inuenire · Sin autem et nos omns
una tecum moriamur ; Beatiſſimus autem
hermachoras confortans animos eorum · iuſ
ſit eps ordinare archidiaconem diſcipulum ſuum
quem ipſe ex infantia eum di enutrierat timo
re ; Quaedam mulier uidua inluſtris alexan
dria nomine timens dm · Audiens beatiſſi
mum hermachoram ſcm di eſſe · et tantas in car
cere feciſſe uirtutes · miſit ſecrete ad ponti[illegible]
num carcerarium · ut noctis ſilentio ad eum
ingrederetur ; Erat enim oculis apertis nihil
uidens ; Dicebat uero · quia ſi tetigerit oculos
meos · inuocato nomine xpi ſaluabor ; Quae
mulier perrexit nocte ad carcerem · procidens
ad pedes ſci hermachore epi · Dixit ei ; Scte
uir di fac me ſanam ; Dicit ei ſcs hermacho
ras ; Beata eſt fides · quia priuſquam audires
uerbum ueritatis · mentem tuam bene fun
daſti ; Propter ea inluminabit oculos cor
poris et cordis tui dns ihs xps ; Et faciens cru
cis ſignum ſup oculos eius · continuo uidit
lumen · et reuerſa eſt ad domum ſuum gaudens
et dans gloriam do · et ieiunauit tribus dieb ;
Et mittens beatiſſimus hermachoras fortu
natum archidiaconem ſuum · babtizauit eam
intra domum ſuam · cum ſuis omnibus · In
nomine patris et filii et ſps ſci ; Poſt aliquan
tos uero dies · audiens ſeuaſtus preſes · debetta

alexandria · quia babtizata ē a ſco fortunato
archidiachone · iuſſit eum conprehendi · & ferro
uinctum ad carcerem duci ; Quem cum uidiſſ&
ſet hermachoras · dño dō egit gratiaſ · quia
dignatus eum eſt cum eodem martyrium ſuſ
cipere ; Per dieſ autem plurimoſ · multa per
eoſ mirabilia dnſ in carcere oſtendit ; Con
currenteſ ad eoſ omſ uariaſ infirmitateſ
habenteſ · curabantur ab eiſ · in nomine ihu
xpi dñi nri ; Uidenteſ autem ſacerdoteſ pa
ganorum colligenteſ populum incredulum
unanimiter · uenerunt ad ſeuaſtum preſidem ·
cum fuſtibuſ & lapidibuſ clamanteſ & dicenteſ ;
Ciuitaſ tota perit perte · quia faciſ uſq; nunc
uiuere hominem · qui per magicaſ arteſ · po
pulum alienat · & euertit menteſ eorum · ut
ſeparentur a diiſ ; Tolle magum · occide malefi
cum ; Si autem nolueriſ · teipſum interfici
emuſ · & illum igne conſumemuſ ; Tunc ſeuaſ
tuſ praeſeſ timenſ populum · qui per eum cre
diderunt in nomine xpi · miſit nocte ſpicula
torem · & in carcere decollauit beatiſſimum
hermachoram epm · & ſcm fortunatum ar
chidiaconem euſ ; Quorum corpora colli
genſ pontianuſ cuſtoſ carceriſ · & omnem
cruorem ſanguiniſ eorum colligenſ · in unū
conlocauit locum ; Audienſ autem haec grego
riuſ · cuiuſ filium a daemonio liberauit ſcſ di her
machoraſ · & alexandria · que ab eo inluminata
fuerat · Uenerunt nocte occulte cum lint
aminibuſ mundiſ · & ualde precioſiſ · & aromati
buſ condienteſ corpora ſcorum martyrum ·
ſepelierunt ea foraſ murum ciuitatiſ aquilegię
In agello memoratę alexandriae in pace ; Uni
uerſi autem uenienteſ ad corpuſ beatiſſimi
epi & martyriſ hermachore · Primi aquile
genſiſ ciuitatiſ · quacumq; detenti fuiſſent in
firmitate · ſanitatem recipiebant in nomine dñi
nri ihu xpi ; Martyrizatuſ ē autē beatiſſimuſ
di hermachoraſ epſ · una cum ſco fortunato archi
diacone ſuo IIII · id iul · regnante dño nro ihu
xpo · cui honor ē & gloria in ſecula ſclorū amen ;

XXIIII ·

PASSIO SCORUM MARTYRUM HELARI EPI · ET TATIANI ARCHIDIACONI EIUS ·

Auxiliante dō patre omnipo
tente & filio eiuſ dño nro ihu xpo fratreſ
dilectiſſimi · magnum uobiſ referimuſ di
myſterium · quod ipſe de ſuperno regno cae
lorum generi humano concedere dignatuſ ē ;
Ille qui neminem uult hominum perire · Sed
quod ipſe ſuiſ manibuſ in mundi principio fa
bricauit · cuſtodit · & caeleſtia premia repro
mittit · qui dixit · Nolo mortem peccatorum ·
Sed ut reuertantur & uiuant ; Ipſe ſuiſ famu
liſ in ſe credentibuſ talem gratiam donat · quae
hodie uriſ auribuſ intimatur · quanta dnſ preſ
tat ſolatia in ſe credentibuſ ; Beatiſſimuſ hela
ruſ · ab infantia ſua eruditus · fidei arma ſecir
cumdanſ · Miſericorſ & beniuoluſ ſeparatuſ ab
omni actu ſcli huiuſ · diuiniſ ſcripturiſ nimiſ
eruditus · ut ſenſum memorię · p libriſ haberet ;
Qui cum adhuc in iuuenilis annis eet aetatis
raptuſ a populo · diaconuſ ordinatuſ eſt ;
Et inſiſtente plebe · poſt aliquantum tempuſ ·
ordinatuſ ē epſ ; Qui precepta dñi fideliter ad
implebat · nulluſ ferenſ adolationem · neque
perſonarum acceptionem ſicut ē conſuetudo
hominum habentium ſpem in hoc ſaeculo ; Cum
ergo in uita ſua dō adiuuante omſ ſuoſ regeret &
filioſ · habebat diſcipulum nomine tatianum ;
Uidenſ illum bone conuerſationiſ · ee · ad diaco
natuſ honorem eum pmouit ; Qui poſtea · archi
diaconuſ per ordinationem ei effectuſ eſt ;
Eodem uō tempore · cum anumeriano caeſare
iuſſio aduenisset ut xpiani ſacrificarent idoliſ
apud ciuitatem aquilegiam · ordinatuſ ē beroniuſ
preſeſ & ſedenſ pro tribunali · iuſſit ſibi exhiberi
xpianoſ ad ſacrificandum · qui in carceriſ cuſtodia

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg